De forma nominationum.

46. Iidem AA. Ennodio Proconſ. Africæ [1].

NOminationum [2] forma vacillare non debet, ſi omnes, qui albo curiæ detinentur [3], adeſſe non poſſunt: ne paucorum abſentia, ſive neceſſaria, ſive fortuita debilitet, quod a majore [4] parte ordinis ſalubriter fuerit conſtitutum: cum duæ [5] partes ordinis in urbe poſitæ totius curiæ inſtar exhibeant. Datum 17. Kalend. Jun. *Mediolan.* OLYBRIO, & PROBINO CONSS. 395.

De comitiva dignitate.

47. Iidem AA. Cæſario P. P. [6].

CUriales, qui honorariam adepti ſunt comitivam [7] dignitatem, formidare debent eos, quorum [8] moderationi ſunt commiſſi: nec ſe exiſtimare ideo meruiſſe dignitatem, ut judicum præcepta deſpiciant. Quod ſi in eadem culpa perſeverent, quinque librarum auri multæ obnoxii ſubjugentur: honore quoque, quem prodiderint, ſpoliandi. Dat. 4. Kal. Januar. CP. OLYBRIO & PROBINO CONSS. 395.

De ſucceſſione curialium.

48. Iidem AA. Florentio P. U.

IN ſucceſſione curialium decernimus, ut etiam [9] ſi patres deceſſerint, teneatur agnatio [10]. Dat. 12. Kalend. Jan. *Mediolani*, CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

De ſuperſtitionibus.

49. Iidem AA. Theodoro P. P. [11].

OMnes, qui quolibet [modo [12]] curiæ jure debentur [13], cujuscunque ſuperſtitionis [14] ſint, ad implenda munera [15] teneantur. Dat. Id. Sept. *Mediolani*, HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De curia non relinquenda.

50. Iidem AA. Eutychiano P. P. [16].

OMnes omnino curiales in originalibus ac debitis perpetuo curiis [17] perſeverent: & qui ex his ad [18] provinciarum regimen atque adminiſtrationem qualibet fraude atque ambitione pervenerint, ſciant ſe non ſolum in ſua curia remanſuros, ſed & [19] cunctis ruſtus ab exordio muneribus ſerviturros. Dat. 8. Kalend. Nov. *Conſtantinop.* HONORIO A. IV. & EUTYCHIANO CONSS. 398.

De bonis eorum, qui curias deſerunt.

51. Iidem AA. [& THEOD. A.] Meſſalæ P. P. poſt alia [20].

QUamvis [21] proviſum fuerat congruæ emendationis occurſu, quemadmodum curiales [22] militiæ [23] nomine & honore ſuſpenſo, officiis redderentur: tamen quia [24] hoc callido conſilio repererunt, ut evitatis [25] provinciæ ſuæ finibus, tanquam his eorum tantum interdictus fuiſſet acceſſus, peregrinos [26] expeterent commeatus: ne diutius in perniciem curiarum [27], latitandi ſpes [28] [perſeveret [29],] & ſolatia [30] eos impunitatis ſequantur [31], horum cupiditatibus obviamus: ut ex eorum bonis, qui ſe vel perfecutioni [32], vel muniis civitatum, interdictæ dudum ambitione militiæ, vel qualibet [33] fraude ſubtrahere conati fuerint [34], curiis, quas deſeruerant, conſulatur. Itaque ſi vocati edictis intra anni metas, hi tamen, qui manifeſtis curiæ nexibus illigantur, latere potius, quam redire maluerint [35]: ſciant poſt emenſum annum [36] interpellatis provinciarum moderatoribus, ex facultatibus ſuis, curiis, quas deſtituerunt, eſſe conſulendum. Neque enim de immaturo præjudicio temporis poſſunt brevitatem [37] cauſari. Dat. 17. Kal. Sept. THEODOR. V. C. CONS. 399.

De oneribus.

52. Iidem AA. Probino Proconſ. Africæ [38].

QUis tam inveniri iniquus arbiter rerum poteſt, qui in urbibus magnifico ſtatu prædítis, ac votiva curialium numeroſitate [39] locupletibus, ad iterationem [40] quempiam transacti oneris compellat [41]: ut cum alii necdum pene initiati curiæ ſacris fuerint, alios & continuatio, & repetitæ ſæpe functiones adiciant? Dat. 16. Kalend. April. *Mediol.* CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

De poteſtate faſcium.

53. Iidem AA. Euchario Proconſ. Africæ [42].

DUumvirum impune non liceat extollere poteſtatem faſcium [43] extra metas territorii [44] propriæ civitatis. Dat. 6. Id. Mart. *Ravennæ*, HONOR. IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

De decurionibus curiæ vindicandis.

54. Iidem AA. Palladio P. P. [45].

GEnerali lege ſancimus, ut ſi quis ſuum decurionem curiæ vindicare maluerit: ſi Præſidis [46] defit [47] copia, in eundem manus [48] injectione conceſſa, ſciat ad examen cognitoris reſultantem eſſe deducendum: ita ut moderator provinciæ, (ſi quæſtio fortaſſe fiducia defenſionis ulla generatur [49]) niſi intra tres [50] menſes cauſam originis competenti diſceptatione cognoverit, atque convictum cum pœna reſtituerit debitis muneribus, vel liberum ab inquietudine pronunciaverit [51], decem librarum auri multam cogatur exſolvere: ejus etiam officium pari damni irrogatione teneatur [52]. Dat. 5. Non. Maji, *Ravennæ*, DN. THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 418.

De militia.

55. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA.
Iſidoro P. P. poſt alia [53].

SI quis decurio, aut ſubjectus curiæ auſus fuerit ullam affectare [54] militiam, nulla temporis præſcriptione muniatur, ſed ad conditionem propriam retrahatur: nec [55] ipſe, vel ejus liberi poſt talem ipſius ſtatum procreati, quod patriæ debetur, valeant declinare. Dat. 3. Non. April. *Conſtantinop.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

De [56] curiæ Alexandrinæ principalibus.

56. Iidem AA. Iſidoro P. P. [57].

ALexandrinis principalibus [58], etſi [59] advocatione [60] fungantur, nihilominus [61] onus peregrinationis [62] incumbat: nec publica cura [63] niſi in ſua tantum civitate committatur: & primus [64] curiæ quum [65] muneribus univerſis expletis ad ſummum pervenerit gradum, Comitivæ [66] primi ordinis fruatur poſt biennium, dignitate præſtita: in curialibus tamen [67] permaneat. Dat. prid. Non. Jun. *Conſtantin.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

57. Iidem AA. Iſidoro P. P. [68].

QUinque [69] ſummates [70] ordinis Alexandrini [71] a corporalibus [72] injuriis immunes eſſe cenſemus, ut voce libera [73] commoditates patriæ deferendas: cum poſſint, ſi quid egerint criminoſe, pecuniariis coerceri diſpendiis. Teſtimabuntur autem præſente curia, viri ſpectabilis Auguſtalis [74] judicio. Dat. prid. Non. Jun. *Conſtantinop.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

58. Iidem AA. Iſidoro P. P. [75].

EUm, qui triginta [76] annos in Alexandrina civitate civilibus inhæſerit muneribus, corporalibus [77] injuriis [78], non pecuniariis excuſari convenit: habita conſideratione videlicet meritorum, ut hoc [79] bene cogniti [80] privilegium conſequantur, nec eo paſſim [81] fruantur indigni. Dat. prid. Non. Jun. *Conſtantinop.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

1 *C. Th. 12. 1. l.* 150. 2 Nominatio decurionis non fit irrita quorundam decurionum abſentia. 3 *Continentur, in C. Theod.* Goth. Conjunge *l. nominationes. ſupr. de appeal.* hoc autem dicitur: Non poſſe fieri nominationes ſive creationes ad munera civilia citra conſilium decretumque publicum, præſentibus omnibus decurionibus, aut ſaltem dualibus tertiis totius ordinis. *l. 3. ff. de decret. ab ord. fac. l. nullis. ff. quod cujuſque univerſ.* vide Lapum *alleg.* 55. Mod. 4 Major pars decurionum quod facit, cæteri videntur feciſſe. vid. *l. 19. ff. ad municip.* Roland. a Valle 1. *conſ.* 90. *num.* 19. 5 Duæ partes curiæ, curia aut curiæ inſtar: duæ partes, duæ tertiæ. *l. 3. ff. de decretis ab ordin. faciendis.* 6 *Cod. Theodoſ. h. t. l.* 140. 7 Comitivam honorariam adipiſci decurio poteſt: comitivæ dignitas etiam curialibus data. 8 Curialis licet honoretur titulo comitivæ conſiſtoriane, eſt tamen ſub Præſidis jurisdictione. vid. *l. 42. ſupr. h. t.* 9 *l. 55. infr. h. t. l. 7. in pr. ff. de principibus agentium in rebus. l. 12. tit. 22.* 10 Agnationis voce hic liberi intelliguntur, *l. 195. C. Theod. h. t.* aut quodcunque alii verſimilius fit, ipſi agnati. *Goth.* Legis ſenſus eſt: Non tantum natos, ſed & poſthumos ſequi curialem fortunam patris. Quia enim lex ait; *patres*, de aliis, quam de filiis accipienda non eſt. de agnatis certe haudquaquam, quandoquidem decurionum agnati, etiam ſi ex heredes exiſtant, eorum conditionem non ſequuntur. *Mod.* 11 *C. Th. h. t. 1857.* 12 Al. *deeſt*, & abeſt quoque *a C. Theod.* al. *loco.* 13 *Nov. 45. in pr.* 14 Superſtitio hic ſecta eſt, *l. 7. ſ. de hæreticis*: Judaica, vel hæreticorum, *l. 3. in fin. ff. h. t.* 15 Al. *munia.* 16 *C. Theod. h. t. 159.* 17 Curiam deferere nemo curialis poteſt. *l. 55. ſ. h. t. l. 1. ff. h. t. l. un. ſ. ſi curialis relicta civitate. h. tit. 37. l. un. in fin. ſ. de privil. corporat. l. 11. tit. 14.* 18 Curialis præter provinciæ factus, ad curiam revocandus eſt, intermiſſa munera ex integro repetiturus. 19 Al. *ſed etiam.* 20 *C. Theod. h. t. l. 161.* in quo deſunt hæc verba, *& Theod. A.* 21 Bona ejus, qui quicunque fraude curiam evitat, ſi per annum contumax fuerit, applicabuntur curiæ. *Bart.* 22 Al. *ſifi, ut in C. Theod.* 23 Militia decuriones interdicti a militia ad curiam revocantur. vid. *l. 55. ſ. h. t. l. 17. ff. h. t.* 24 Qui. 25 Al. *civitatis.* 26 Decurioni non tantum in patria militia interdicta eſt, ſed & in ſolo peregrino. 27 Al. *curialium.* 28 Al. *ſpecies, & recte.* 29 Abeſt a *C. Theod. & quinquad. lib.* 30 *Solatium, in C. Theod.* 31 *Evadat, in C. Theod. quod rectius eſt, ſi legatur, ſolutionem.* 32 Perfectionis ſe ſubtrahit, qui abeſt longitime. 33 *l. ſpec. ſupr. de reſcind. wend.* 34 *Subtraxerit, in C. Theod. & quib. hb.* 35 Hi, quidam omiſſa & dilitrada ſunt *e C. Theod.* 36 Curiales, qui relicta curia militant, revocandi: aut poſt annum bona eorum addicuntur curiæ, aut iis ſane qui eorum vice munera ſubeunt. 37 *Brevitate, in Cod. Theod.* 38 *C. Theod. h. t. 12. l. 3.* 39 Aliud igitur dicendum apparet, ſi civium ſit inopia. *l. 3. infr. quemadmodum ſerv. mun. ind. Mod.* 40 Iterare decurionatum nemo cogitur, ſi alii ſint idonei, ſecus ſi deſint. *l. 3. infr. quemadmodum civilia mun. h. l. tit. 42.* 41 *Impellat, in C. Theod.* al. *compellatur.* 42 *C. Theod. 12. 1. 174.* 43 Duumviri præterebant fuſces & bacillos. Cic. 2. *agrarie.* 44 De Territorio vid. *l. 239. ſ. 8. ff. de verb. ſign. & l. 26. ff. ad municipalem.* Goth. Duumviri imperium non habent, *l. ea quæ. ff. ad munic.* Jurisdictionem habent ad certam usque quantitatem, quam nec ipſam defendunt penali judicio, *l. 1. ff. ſi quis jus dic. non obtemp.* pignoris capionem, *l. 29. ſ. magiſtratus. ff. ad leg. Aquil.* legis actionem, de quo Cujac. *ad 2. ſent. Paul.* in ſervos cæſtigationem, *l. 12. ff. de juriſd. l. ſi privatus. ff. qui & a quib. man.* tutoris & curatoris dationem. *l. 3. ff. de tut. & curat. dat. Mod.* 45 *Cod. Theod. 12. 1. 181.* 46 *Judicis, in Cod. Theod.* 47 Quid ſi præſes exiſtit aut abſit? quidem præſes, dies tamen feriata fit? dixi ad *l. 11. ſupr. de feriis.* 48 Manus injectio in decurione ſito vindicando permiſſa. adde ſimiles caſus, *l. 2. ſupr. h. t. l. 9. ſupr. de feriis ſagittivis, l. ult. prator. 10. ff. ad leg. de adult.* vid. Hartman. 2. *prælib. l. c. 3.* 49 Geratur. 50 Lis originis ſive de conditione curiali intra tres menſes finienda. 51 *Vindicaverit, in C. Theod.* 52 Dixi ad pragmaticam ſanctionem Juſtiniani c. 18. 53 *Cod. Theod. 12. 1. 188.* ſed credo hic nihil aliud, quam nominator curiorum. vid. *l. 2. ff. de adm. rer.* inter quem & ipſum nominatum appellantem in cauſa appellationis lis eſte ſolet. Quiſi tamen, ſi fine nominatore præſes alicui honorem detulerit, & is, qui ita nominatus eſt, præſide appellavent? Artifidus lib. 4. *reſpon.* refert, ſe ſremerchum a Severo, Aſiæ præſide, ita nominatum appellaſſe non ab ipſo præſide, ſed ab ipſius magiſtratibus municipalibus, qui litteras ei præſidis reddidiſſent, quaſi viderentur illi ipſi eum nominaſſe. vid. Cujac. *9. obſ. 35.* 54 Al. *Theodoro.* 55 *l. 2. infr. qui ratione ordine. l. 11. tit. 35.* 10 Curialis origine licet ſpectabilem dignitatem, puta comitivam, adeptus ſit, per ſubſtitutum munus civile obire non poteſt: niſi ſpecialiter id ei a principe ſit concedum: Illuſtres vero curiales per ſubſtitutum poſſunt, periculo tamen ſuo. 11 Spectabilis dignitas, comitiva, & ei ſimiles. 12 *Hoc vid. quæ ad finem ſumpta ſunt ex l. 12. tit. 1. l. 1. C. Th.* 13 Reliqui igitur in curiam retracti per ſe potiſſimum munera obeunt, *l. 8 quæ curialis. ſupr. de epiſc. & cler.* nec obſtat Novella 123. ubi pote quæ quod in præteritum indulget, in futurum vetet. *Mod.* 14 Vid. *l. 21. in fin. ſupr. de epiſc. & clerie.* 15 Verentur. 16 Al. *Julian.* Al. *Iidem A. A.* 17 Curiæ obnoxii liberi ante illuſtratum mat, ab hac tamen ſententia excipitur hic Dorotheus & Irenæus. *dicam ad l. 63. ſ. h. t.* 18 Natus ex illuſtri vel adminiſtrante, ad adminiſtrandæ perfunctio, curiæ non tenetur, *ut hic*, (excipe cauſum *l. 61. ſ. h. t.*) unde notant, Natos ante illuſtratum & regnum patris neque illuſtres, neque regis filios eſſe: qua de quæſtione plura dicemus ad *l. 11. ſ. de dignitatibus.* 19 Extat *ſ. eod. 22. hoc tit.* 20 Divinæ. 21 Al. *ſubjecta.* 22 Perpetuum. 23 Curia Antiochena eos ſibi ſuoque curiæ vindicat, qui naſcuntur patre libero, matre decurionis filia, quod in aliis non eſt. *l. 22. l. 61. ſupr. h. t.* 24 Antiochia ſplendidiſſima civitas, *ad Orientis pudeat apex.* Amminus 20. *non mutlum ſtemo ſit ſupra.* 25 *Ut ſi divitiis, magnitudine, hominum multitudine, omnium urbium, quæ in oriente prima*, Procop. 1. *de bello Perſico.* 26 Adde *l. 1. in fin. ff. ad rotun.* 26 Subjacere. 27 Si qua. 28 Idem AA. ad Senatum. Ad ſenatum autem ideo ſcribit, quippe de ſenatore. 29 Alias, *clariſſimi juventi.* 30 Inquirendam. 31 Perna. 32 Natus patre illuſtri, patre in ea dignitate poſito, vel ea etiam functo, illuſtris eſt, unde colligitur, natum patre nondum illuſtri inter adeptum illuſtratum non eſſe illuſtrem. adde *l. 61. ſupr. h. t. l. pen. l. ult. ff. h. t. decam ad l. 11. ſ. de dign.* Goth. Quare ut illuſtris non eſt filius natus ante illuſtrem dignitatem patris, ita filius regis non videtur dicendus is, qui natus eſt ante quam pater regno potiretur: quo judicio contendit contra Darium fratrem majorem Xerxes olim, & vicit, ieeus eſt tamen in ſenatorum & decurionum filiis, *l. 11. ſ. de dign.* & in filiis patronorum ſuis. *l. ult. ſ. Mod.* 33 Patri. 34 Natus patre illuſtri, curia liberabatur: nondum illuſtri ſeu ante illuſtratum patrem natus, curiæ patris tenebatur ante hanc conſtitutionem.

Superior tenetur confirmare electionem factam ab inferioribus.

59. Iidem AA. Iſidoro P. P. [1].

SI quos ſpontaneos [2] hypomnematographi [3] munificos ſuis exhortationibus ad publicas nominaverint functiones, jubemus non [4] expectandum eſſe conſenſum pro tempore viri ſpectabilis Auguſtalis, qui ſit plerunque venalis, ſed utriusque [5] partis ſufficere voluntatem, ut incipiat functio, quam nullus incuſat: tunc ad memoratum Judicem [6] tam nominati, quam etiam creatoris [7] conſona relatione currente, quam ſi ſuſcipere, vel confirmare diſtulerit, ſciat ſe vigintiquinque librarum auri condemnatione plectendum. Dat. prid. Non. Aug. *Conſtantinop.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

An quis per ſubſtitutum ſatisfacere muneribus poſſit.

60. Iidem AA. Thomæ [8] P. P.

NUllus, qui nexu generis curiæ tenetur obnoxius, per ſubſtitutum [9] quamcunque perſonam curiales [10] impleat functiones: ſed ipſe per ſe debitum patriæ munus exolvat, etſi ſpectabili [11] dignitate decoratus ſit: niſi hoc ei ſpeciali beneficio ſit conceſſum. Hi [12] vero, qui honorario titulo illuſtrem dignitatem conſecuti ſunt [13], per ſubſtitutos [14] periculo ſuarum facultatum curiæ muneribus ſatisfacere non vetentur [15].

De Dorotheo, Irenæo, & eorum liberis ad L. eos 22. ſupr. h. t.

61. Imp. Leo A. [16].

NEque [17] Dorotheum virum illuſtrem, & totam ejus ſubſtantiam, neque Irenæum virum ſpectabilem Tribunum & Notarium, etſi ante [18] paternas illuſtres dignitates natus eſt, ullam inquietudinem pro curiali genere, & conditione ſuſtinere decernimus. Liberos quoque eorum, qui vel jam ſunt, vel futuri ſunt, eorumque poſteros, quotiescunque continuata temporum, & ſucceſſionum perpetuitate naſcentur, a conditione curiali, & functione eſſe liberos: lege [19] divæ [20] memoriæ Juliani (quæ de materno curialium Antiochenæ civitatis genere promulgata eſt) nihil in perſona viri illuſtris Dorothei, vel viri ſpectabilis Irenæi, vel adverſus facultates eorum, vel adverſus liberos eorundem, qui vel jam nati ſunt, vel poſtmodum quoquo tempore naſcentur, vel adverſus ſubſtantias [21] eorum roboris vel juris habitura. † Circa alias fane univerſas perſonas de materno genere ad memoratæ Antiochenæ civitatis tantummodo curiam pertinentes, eandem legem præcipimus obtinere propriam [22] firmitatem.

De his, qui ex materno Curialium Antiochenæ civitatis genere procreati ſunt.

Qui eſt obligatus curiæ ratione originis, eam declinare non poteſt, & ſi curia non peſſaverit patrem, filium puſſare non poterit. Bart.

62. Idem A. Conſtantino P. P.

SI ille, qui ex [23] filia decurionis Antiochenæ [24] ſplendidiſſimæ [25] civitatis, & patre, qui nullius alterius civitatis muniis debebatur, procreatus eſt, ſub examine provincialis Judicis vel ſponte confeſſus, vel certe convictus fuerit, quod ex filia ſit curialis progenitus, & albo decurionum adſcriptus fuerit: nullam ſibi ſupereſſe facultatem negandæ vel evitandæ conditionis exiſtimet: & curialem non adſpernari fortunam avi materni ſui pertentet, nec dubitet ſe muniis curialibus ſubjicere [26]. Quod ſi quem [27] curia, de qua præſens ſanctio loquitur, natum ex filia curialis minime ſecundum præſtitutam ordinationem ſibi ſociandum curaverit: prolem ejus pulſare nullo modo penitus poterit: nec enim patrimur conventionem ejusmodi præmiſſo filio, quem curialis filia ediderat, a nepote, vel pronepote, vel ulterius incipere.

De Doctitio. 1. De natis ex illuſtribus.

63. Idem A. [28] Ad Senatum.

DOctitii viri clariſſimi [29] jubemus fortunam ſuper curiali conditione nullo modo [eſſe] inquietandam [30], nec facultatibus ejus: ſed eo, qui hujusmodi conamen inierit, ſacrilegii pœnam [31] luituro. §. 1. Omnes, qui poſt [32] peractam illuſtrem adminiſtrationem, vel adhuc in ea poſito patre [33] ſuo gignuntur, a curialium intentione defendantur una cum paternis ſine dubio ſubſtantiis, quas cum perſona patris a curiali nexu liberas eſſe nemo diſſimulet.

De dignitatibus.

64. Imp. ZENO A. Sebaſtiano P. P.

NEminem ex his, qui obnoxii curiæ conſtituti ab [34] initio feliciſſimi noſtræ pietatis imperii, Comites [35] privatarum [36] noſtræ, vel [piiſſimæ [37]] Auguſtæ partis, ſive Comites [38] largitionum, vel Comites [39] domeſticorum, Quæſtores, vel Magiſtri [40] officiorum, [licet] ad actum adminiſtrationis gerendum provecti ſunt, vel in poſterum provehentur, ob hoc curialium munerum laqueos volumus evitare [41]: ſed obligatos cum liberis ſuis quandocumque progenitis, & facultatibus ſuis poſt adminiſtrationem depoſitam, curiæ commodantibus inſervire: niſi forte aliis privilegiis ſuper hoc legibus cognitis muniantur. Nam alia univerſa legitima vel ex conſtitutionibus data privilegia integra volumus, illibataque ſervari [42]. Ne [43] tamen indulti honoris [44] inane nomen retinere videantur, dignitatum titulis potiantur, per ſubſtitutos ſuarum [45] periculo facultatum curialibus muneribus reſpondentes: habeantque [46] integra, illibataque privilegia dignitatis. Eos vero, qui præfatas dignitates ante initium [47] noſtri imperii conſecuti ſunt: cum facultatibus ſuis, & poſt eam dignitatem progenitis filiis a curialibus nexibus, vel onere [48] decernimus liberari. Hos autem, qui quocunque tempore Patricii [49], vel Conſules, aut Conſulares facti ſunt, aut in poſterum fuerint, aut Magiſtri militum, vel præfecti prætorio Orientis [50], vel Illyrici, vel Urbis adminiſtrationem in actu poſiti quandoque geſſerunt, aut poſtea geſſerint: omnimodo cum facultatibus ſuis, & poſt eam dignitatem progenitis [51] filiis, a curiarum nexibus, vel onere [52] decernimus liberari.

65. Imp. ANASTASIUS A. Polycarpo P. P.

DIvæ memoriæ Zenonis ſacratiſſimam conſtitutionem [53], quæ de curialibus poſt certas excellas adminiſtrationes, ſeu dignitates conditionis nexu liberandis lata [54] eſt, in hac tantummodo parte duximus corrigendam, qua cavetur eos etiam, qui ante eandem conſtitutionem, ab initio tamen ejusdem divæ recordationis Zenonis imperii, comites privatarum rerum noſtræ, vel piiſſimæ Auguſtæ partis, ſeu Comites [ſacrarum [55]] largitionum, vel Comites domeſticorum, Quæſtores, aut Magiſtri officiorum [licet] ad actum adminiſtrationis gerendum provecti ſunt, minime curialium munerum laqueos ob hoc evitare, ſed obligatos cum liberis ſuis quandocunque progenitis, & facultatibus ſuis, poſt adminiſtrationem depoſitam curiæ commoditatibus inſervire, niſi forte aliis privilegiis ſuper hoc legibus cognitis muniantur. His etenim, qui memoratas adminiſtrationes, vel unam ex his peregerunt, necnon liberis, & rebus eorum, beneficium quod ante per illuſtrem adminiſtrationem peractam eis acquiſitum eſt, intactum, illibatumque jubemus ſervari: ut relaxatione conditionis, & munerum curialium, per anteriores principales diſpoſitiones ſibi conceſſa, tam ipſi, quam liberi eorum poſt hujusmodi adminiſtrationem adeptam procreati una cum propriis ſubſtantiis potiantur, & ſi contigerit, eos poſt divæ memoriæ Zenonis conſtitutionem, ſive per ſe, ſive ſubſtitutos ſuos curiæ competentia munera ſubiiſſe: eadem videlicet conſtitutione divæ memoriæ Zenonis ex die, quo promulgata eſt, ſuas vires obtinente: cum conveniat leges [56] futuris regulas imponere, non præteritis calumnias excitare.

Qua dignitates curia liberent.

66. Imp. JUSTINIANUS A. Demoſthenæ P. P.

CUrialibus [57] conſortiis conſulentes, cenſemus, ut nemo ſibi blandiatur, & non certis modis eſſe liberum eſſe exiſtimet: ſed pro noſtra forma tantummodo ſciat poſſe libertatem [58] ſibi curialis competere conditionis: omnibus anterioribus modis quos non comprehendit præſens ſanctio, ex præſenti die antiquandis. † Si quis igitur vel ſummum Patriciatus honorem fuerit conſecutus, five infulis Conſulatus honorarii [59] aut ordinarii fuerit ampliatus, ut vel Conſul, natus, curiæ patris tenebatur ante hanc conſtitutionem. Poſt hanc conſtitutionem liberi etiam poſt illuſtratum patris nati curiæ tenentur, ſive pater illuſtratum per ſe five per ſubſtitutum geſſerit. Hac tamen ſententia excipiuntur quædam illuſtres, de quibus in hac *tit. infr. h. t.* 36 Al. *comitum privatar. rer.* 36 Modo ante hanc conſtitutionem eam gefferit dignitatem. *l. 65. ſ. h. t.* 38 Seu comitis & *deeſt* ſacrarum. 39 Al. *comitis.* 40 Al. *deeſt.* 41 Illuſtres ſunt hæ dignitates, comitatus rerum privatarum, largitionum, domeſticorum, Quæſturæ, magiſtratus officiorum. 42 Obſervari. 43 Nec. 44 Honores. 45 Natus patritio, conſule, curiali, magiſtro militum, P. Prætorio, vel urbis (ſunt & hæ dignitates illuſtres, in eo, quod mox ſequetur, a ſuperioribus diſcretes) curia liberatur: etiam ſi pater illuſtris poſt immunis, non liberatur curia. 46 Habeant. 47 Nuncium. 48 Honore. 49 Subſtituto interpoſito ſerviens, periculo ſuo ſervit. *l. 6. ſ. 3. ff. de adm. & peric. tut. h. t. tit. 47.* 50 Honore. 51 Vid. *l. ult. ſ. de exoſ. muner.* 52 *l. 6. ſ. 8. h. t.* Curiæ obligabantur Zenonis conſtitutionem, domeſticorum &c. *d. l. 64. ſupr. h. t.* hac conſtitutione ſuperiores curia liberantur; quam præjudicaſſe, quod aliquando patrem ex conſtitutionem Zenonis, atque ita derogatur *l. 64. ſupr. h. t.* 53 Data. 55 Al. *deeſt.* 56 Leges futuris regulam imponi, non præteritis. *l. 7. ſupr. de legib. l. 20. ſupr. de uſur. l. ult. ſupr. de fuis & legitimi. l. 22. ff. de legib. l. 1. ſ. 2. ff. ad l. Falc. Nov. 73. c. 3. vers. valeat. Nov. 115. in pr. l. 21. 22. ſupr. de ſacr. eccl. l. 53. ſ. 1. in fin. ſupr. de epiſcop. & clerie. l. un. ſupr. de cenſtaff. jud. l. 3. ſupr. de paft. pign.* Poteſt tamen princeps etiam pendenti negotio legem dare. *Nov. 12. l. ult. ſupr. de paft. pign. l. 1. ſupr. de contr. jud.* Cieriore denique tempore leges obligant, ſi ſi ſpecialiter ſanctum, *Novell. 57. c. 116.* His addendum, appellationis cauſis finiri ſecundum leges, quæ dicendæ ſententiæ tempore obtinebant, non ſecundum, quas poſt ſententiam, a qua appellatum eſt, invalecunt, etiamſi novæ nominatim porrigantur ad præterita. Nam hæc clauſula, quoties novis legibus adjicitur, de præteritis negotiis nondum finitis accipienda eſt, non de iis, quæ jam finita ſententia judicis, vel transactione partium. *l. 1. in fin. ſ. de contr. jud. l. 22. ſupr. de fac. eccl. Novell. 111. & 115. in fin.* Quid ſi negotium quoquo modo in judicium deductum? Accurſius exiſtimat, eam clauſulam non eo porrigi: verum Accurſio repugnat *Nov. 113. tit. 1. c. 3. Necyanat.* 58 Curia liberant hæ dignitates, ſummi patriciatus dignitas, Conſulatus, Præfectura prætoriana, urbana, magiſterium militum, patriciatus ſibi, principates agentium in rebus, proximitas ſacrorum ſcriniorum, *ut hic*, duo priores, ſolo titulo: reliquæ adminiſtrationis tantum meritos, patricius & 81. 59 Conſulatus alius honorarius, alius ordinarius.

vel Consularis [1] efficiatur: seu Præfectorum prætorio insulas susceperit gubernandas, vel Urbicariam (in ipso tamen actu) meruerit præfecturam, necnon Magistri militum officium gerendum susceperit, is gaudeat se hujusmodi conditionis esse exortem, & liberum cum suis facultatibus suaque posteritate, quam postquam meruerit dignitatem, vel actum gesserit, edideritve: anterioribus filiis in conditione pristina remansuris, tam Præfecturæ [2] quæstoris quam viri eloquentissimi fisci patroni: tam [3] Præfecturæ quæ Orientalibus & Illyricianis præsident fecibus, quam Urbicariæ, nexibus curiæ liberantur, cum ad fisci patronatum pervenerint, una cum substantiis & liberis suis, quos vel ante habuerint, vel postquam ad eundem gradum provecti sunt. † Viri etiam clarissimi principes agentium [4] in rebus, curiæ libertatem ex antiquis legibus consecuti sunt: & viri spectabiles proximi sacri scrinii [5] nostræ memoriæ, & sacrarum epistolarum, necnon sacri [6] scrinii libellorum, sacrarumque cognitionum & dispositionum cum substantiis suis & liberis quos post emensa [7] stipendia susceperant: hoc etiam nos corroborantes intuitu laborum, quos multo, longo, prolixoque tempore pertulerint [8], intactum illibatumque conservamus: ut hi omnes fortuna curiali liberentur cum sua substantia, suaque sobole, secundum ea quæ prædiximus. Ex ævo autem sequente progenitos antea, nullius futuri fisci patroni liberos concedimus liberandos: ut ne quod summis apicibus dignitatum non est concessum, hoc alii sibi audeant vindicare: sed progeniti filii antequam [9] ad fisci patronatum pervenerint, in conditione pristina remaneant. † Aliis [10] [autem modis] quam his quos sigillatim enumeravimus [11], sive legibus [12] antiquis comprehensi sunt (qualis [13] erat is quem ex tribus [14] maribus concessum ante fuerat patri maximo [15] Senatui fociare) sive comprehensi anterioribus scitis non fuerant, liberationem competere cuidam curialis fortunæ nullo patimur modo: sed sive pragmatica [sanctio] super hoc procellit, sive sententia eminentissimæ [16] Præfecturæ, sive alius modus quicunque excogitatus est: ea omnia penitus vacuari, & pro infectis [17] haberi, & curialia corpora suis reddi civitatibus, & substantias eorum subjacere, nulla excusatione eis [18] penitus competente.

TIT. XXXII.

SI SERVUS, AUT LIBERTUS AD DECURIONATUM ADSPIRAVERIT.

Libertus, qui non habet jus annulorum aureorum, nec restitutus est natalibus, cum penu a curia removeatur. Bart.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Saturnino.

SI [19] libertus, vel jus aureorum [20] annulorum adeptus non est, vel natalibus suis non restitutus: Præses provinciæ non tantum curiæ [21] participare non permittat, sed juxta legis [22] severitatem congruenti pœna ulciscatur.

2. Iidem AA. Oricinæ [23].

PRæses provinciæ si eum qui Ædilitate [24] fungitur [25], fervum tuum esse cognoverit, si quidem non ignarum conditionis suæ ad Ædilitatem aspirasse perspexerit, ob violatam [26] servili macula curiæ dignitatem congruenti pœna adficiet. Si vero quum opinione [27] publica mater ejus pro libera haberetur, ex decurione procreatus, ad capessendum honorem errore lapsus processit, dominio tuo eum subjugabit [28].

1 Dignitas hæc Consularitas. 2 Al. *spectatur*, sed hunc locum sic emendat Cuj. hic, *Sed & viri eloquentissimi fori patroni tam præfecturæ, quæ Orientalibus & Illyricianis præsidium ferebat, quam urbicariæ.* 3 Advocatorum Præfecturæ præsertim & urbicariæ cetus erat numerus. Ex eorum numero quotannis prodibant duo fisci patroni, quibus hoc privilegii dabatur, ut ea dignitate, una cum liberis susceptis post eam dignitatem curia liberentur. 4 Vid. *l. 7. infr. de fr. agent. in reb. l. 12. tit. 22.* 5 Scrinia memoriæ epistolarum, libellorum, cognitionum & dispositionum. 6 Nec non facrorum librorum, sacrarumque &c. 7 Emerita. 8 Protulerunt. 9 Curiæ nullæ dignitates liberant, præter superius enumeratas. Ita Comitivæ privatarum, vel largitionum, vel domesticorum, vel quæstura, vel magisterium officiorum curia non solvit. 10 *l. 132. C. Theod. de decur.* 11 Memoravimus. 12 Natus patre jam patrono fisci, curia una cum patre liberatur: ante natus, non liberatur. vide quæ scripsi ad *l. 61. supr. h. t. l. 11. infr. de dignitatibus.* 13 Quis. 14 Quintus Sabininum datum adoptato ex tribus maribus tollit. *S. fed ea omnia.* 15 *Instit. de hered. ab intest.* de qua dixi ad *l. penult. S. 3. supr. de adopt.* vid. *Inst.* Cujac. Alc. 16 Eminentiffima. 17 Imperfectis. 18 Eius.

19 Curiales alteruter modo liberti esse poterant, vel jure aureorum annulorum impetrato, vel natalibus restituti: his deficientibus curiales esse non poterant, *ut hic*, ut nec senatores. *l. 9. infr. de dignitatibus.* Hodie pollunt: cum omnibus libertis jus aureorum annulorum datum sit, & omnes restituti natalibus. *Novell. 78. c. 5.* 20 Annulo aureo utebantur ingenui, idcirco libertinis annulus datur, ut quasi ingenui viderentur. 21 Curiam. 22 Legem Visellium, de qua *supr. ad l. Visel.* Goth. Cujus pœnæ hodie cessant, cæterum notandum hoc; meliore olim conditione fuisse natalibus restitutos, quam annulo donatos. hi enim honore augebantur, conditionem non mutabant: jura tantum & munia dum viverent immunitatis habebant, *Nov. 74. l. Salfo. ff. de cond. & demonstr. l. etsi ans. ff. de bon. lib. l. 2. supr. de jur. aur. anu.* Illi conditionem mutabant, quippe qui illis natalibus restituerentur, in quibus homines fuere, nondum neque naturali neque civili jure descripto, *l. 2. ff. de not. restit.* ergo vere hebant ingenui. *l. ult. supr. de bon. lib.* At ex Nov. Just. 78. ipso jure omnes liberti natalibus restituuntur, & jus habent annulorum, salvo jure patronatus. *Mod.* 23 Originæ. 24 Ædilitias hic magistratus eft municipalis, *l. qui insulam.* 30. *S. adilis. l. ff. locati.* Juven. *satyr.* 3. fic Arpinum habuit ædiles. Cic. 13. *fam. & 15. ad Att.* Capua Prætores. Cic. 2. *Agrar.* Lanuvium Dictatores. Cic. *pro Milone.* In aliis duumviri, Spartianus *in Adriano.* Per Latium oppida Dictator & Ædilis & Duumviri sunt, in aliis Quatuorviri. *l. 1. infr. de folat. & lib. debit. civil. l. 11. tit. 59.* Alexandriæ, Hypomnematographi. *l. 59. supr. de decur.* 25 Fungi ædilitate, & ædilem esse differunt: hoc juris, illud facti. 26 Curialis, feu decurio esse non potest, qui servus sit. 27 Opinio publica libertatem non tribuit servo ædilitem gerenti. adde *l. 11. supr. de liberali.* Quid gesta per eum, cujus finit momenti? ipso jure nulla: utilitatis tamen causa sustinentur, *arg. l. Barbarius* 3. *ff. de offic. prator.* 28 Ita eft, si servus ignarus fuæ conditionis adspiraverit ad honorem curiæ, tibetus dominoredditur: neque dubitari de hoc potest in ignaro pariter hujus facti domino: fed quid fi is fciverit, an etiam tum fervum recipiet? videtur quod fic; cum nec fcienti domino decurio hat, etiam fi eo fine manumittatur; veritas tamen eft, ut dicitur filco eum addici debere, *arg. l. generali. infr. de Lebal.* Cur enim eo patius eft dominus infquinari curiam? *Bud.*

29 Custalium. 30 Subaudi, præpositi. vid. Cassiod. *lib. 7.* 31 Id eft, vendendis, *ut conflat ex l. ult. h. tit. supr. de jure emphyt.*

TIT. XXXIII.

DE PRÆDIIS DECURIONUM [29] SINE DECRETO [30] NON ALIENANDIS [31].

De prædiis decurionum.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. Cynegio P. P. [32].

SI quis decurionum vel rustica prædia, vel urbana [33] venditor necessitate coactus addicit [34], interpellet Judicem competentem, omnesque causas figillatim, quibus strangulatur, exponat: & ita demum distrahendæ possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem probaverit. Infirma [35] enim venditio erit, si hæc fuerit forma [36] neglecta: ita enim fiet, ut nec immoderatus venditor [37] nec emptor, [cujuscunque sit [38] conditionis,] inveniatur injustus: denique nihil erit postmodum quo venditor vel circumventum se insidiis, vel oppressum potentia comparatoris queri debeat: quandoquidem sub fide actorum, & de necessitate distrahentis, & de voluntate patuerit comparantis. Quod si quis contra vetitum occultis molitionibus per suppositas fraude personas, cujuslibet loci quem tamen [ei [39]] decurio distrahebat [40], comparator extiterit: sciat se pretio [41] quod dedit, esse privandum: & locum quem comparavit, cum [42] fructibus esse restituendum. Dat. 8. Kalend. Decembr. *Constantinopol.* HONORIO NB. P. & EVODIO CONSS. 386.

De rebus mobilibus & nominibus curiæ hereditario jure adquisitis.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

NEc [43] venditio rei hereditariæ [44] curiæ acquisitæ, aut debitoris [45] hereditarii qui solverit, liberatio aliter admittenda est, nisi [46] apud acta totius vel majoris partis ordinis intercedente decreto [47], ineundi contractus, vel dissolvendæ obligationis causa probetur: Ita enim & id quod [48] ex ea redigitur: ad prædiorum jubemus comparationem expendi: quorum reditus omnes, (sicut [49] dictum est) ejusdem curiæ publicis muneribus quæ solitio egere contfiterit, justissime servabuntur: ex consensu omnium & maxime diutiorum [50], vel idonea fidejussione oblata conductoribus eligendis. Dat. 5. Id. Jun. CP. FELICE & TAURO CONSS. 428.

Decuriones non possunt vendere sine decreto, alios autem contractus non prohibentur celebrare. Bart.

3. Imp. ZENO A. Sebastiano P. P.

CUriales [51] vendere quidem res immobiles, vel mancipia rustica [52] prohibemus [sine] interpositione decreti: donationes [53] vero vel permutationes, vel quoslibet alios etiam sine decreto permittimus [54] celebrare contractus: quoniam & facræ constitutiones quæ super hoc a retro Principibus latæ sunt, in plurimis [55] suis partibus de pretio non redhibendo locutæ sunt: ut [56] ex hoc apertissime detur intelligi, solum venditionis [57] decurionibus sine decreto interdictum fuisse contractum: cum [58] tamen venditio intercedente (ut dictum est) decreto agitur: nullum eos, vel qui ab his comparant, dispendium cujuscunque personæ, vel causæ, vel theatralis [59] liberalitatis nomine (quod frequenter fieri dicitur) sustinere decernimus: nec [60] ex tabella decretum recitari, sed curialium vel majoris partis curiæ relatione [61] currente, sine ulla malignitate [62] referentium, vel damno contrahentium, ad confirmandam emptionem competentis Judicis proferri sententiam **.

Constitutio Græca Justiniani hic deest, qua jubebat, ut tam donatio quam omnis actus alienationem continens decreto subjaceret, ut idem ait Novell. 38.

33 *Urbana vel qualibet mancipia, in Cod. Theod.* 34 Decurionum bona vendi non possunt a creditore, nisi causa probata apud acta præsidis. vid. *l. 2. supr. de offic. ejus qui vice sacra. fung.* vide *l. 15. & ea fraudem. ff. ad municip.* Calliodorum 7. *& 8. Novellam Majorani de curialibus.* Goth. Vid. *Vasf. Illustr. contra. c. 61. n. 2.* Aut. 35 Nullus eft actus, qui legis forma negletta fit. *l. conftitutionis.* 24. *ff. ad municip.* 36 Forma nonnisi in actus infirmos, nempe quia informis. 37 Decreti interpositio efficit, ut ne fit locus *l. 2. supr. de refcind. vend.* 38 Absint *a C. Theod.* 39 Deeft *in Cod. Theod.* 40 *Distraxit, in C. Theod.* 41 Emens fundum decurionis, causa non probata apud acta præsidis, pretium amittit, *ut hic*, fimiles casus vide *inf. 7. infr. de agr. & cenf. l. 11. tit. 47. l. ult. infr. de fundis rei privatæ. l. 11. tit. 61.* Goth. Qua eadem pœna plectitur is quoque, qui emerit capite cenlitos fine terra, *l. 7. infr. de agr. & cenf.* nam & hoc casu reip. interest, ut cenlibi terræ fuæ adhæreant; ut illo, uti curiales fua teneant, ne patrimonii diffipitione ad munera, civilia minus feddanturo idonei. & quod in his, idem obtinet in eo, qui dempto canone, quod fit illicite, prædium dominicum emerit, *l. ult. infr. de fund. rei priv.* non obtinet in vicano vicani præsidium emente; quoniam is pretii deductionem habet, *l. 1. infr. non licet fund. rei priv.* fed qui illis cafibus caret pretium, venditorine, ut ita ex mala fide fua lucrum faciat? minime quidem: fed, ut dicuntur eo placuit, inferenr aerario, *arg. d. l. 7. de agr. & cenf. & l. pen. fupr. de refcind. vend.* Mod. 42 In emptionibus, quæ nullis funt, empto fructus non locantur. 43 Hnc pertinet *l. 1. tit. 3. l. 12. C. Theod.* 44 Curiæ rem hereditariam quæfitam nemo emere potest, fine decreto curiæ. 45 Solvere curiæ debitor hereditarius eiusdem non potest, nisi decreto intercedente. 46 *l. 3. in fin. infr. de vendendis rebus civit. l. 11. tit. 31.* 47 Decretum requiritur in alienatione rei hereditariæ curiæ, & in folutione hereditariæ rei curiæ faciendæ. 48 Pretium rei curiæ hereditariæ venditæ, in prædiorum comparationem vertendum, ut ex eorum reditibus omeri curiæ sustinerent. 49 Pars videtur esse legis alterius hæc constitutio, *l. 1. infr. tit. prox. l. 1. Cod. Theod. de empt. locat. decurial.* 50 Ditiores pauperioribus præferuntur. 51 Hanc legem acdufat Justin. *Novell. 38. in pr. S. 1. vers. Et tertiam.* 52 Olim quælibet *l. 1. C. Theod. hoc tit.* hodie fola ruftica. *Mod. l. 22. supr. de administ. tutor. vers. Præcipimus.* 53 Donari possunt res curiæ, etli vendi non possint fine decreto, unde hæc lex mirabilis dicitur *in dict. Novell.* 38. Causa tamen differentiæ esse potest, quod facilius vendimus, quam donemus. Hodie neuter actus valet fine decreto. *d. Novell.* 38. Imo ne quidem donatio cum decreto valet. *Novell. 87.* Goth. Vid. Dessum. ad *l. 2. ff. certum petatur. l. ult. in princ. col. 4. n. 15. & in 2. lect. n. 19.* Fab. de Mont. *in tract. de empt. & vend. in ult. quæst. 4. quæst. princ. num. 21.* Alexand. *ad l. si filiusfamilias. §. Divi. col. 5. de leg. 1. n. 22.* Forcatulum denique *Neogamant. dial. 19.* Mod. 54 *l. 163. ff. de reg. jur.* 55 Pluribus. 56 Præsumitur emptio & venditio eo casu ubi pretii tacta mentio eft, *ut l. illicitas. 6. ff. de offic. præsidis. l. apud Celsum. 9. 31. ff. de dol mali & metus. excepit. & eum dotem.* 10. *l. ff inter virum & uxor. in fupr. de rei vindic.* nisi hoc actum fit in contractu, ut dominium transferatur: tunc enim æstimatio feu pretii mentio emptionem non facit, feu ut periculum rei transeat in acquirentem. Bald. *in l. præterea. 8. supr. de pactis.* Socinus *regul. 180.* Goth. 57 Emptionis. 58 Ratio dubitandi in hac lege. 59 Theatralis liberalitas, largitio curiæ ad theatra. 60 Decretum curiæ ubi exigitur, ex tabella seu publico vel brevi uolo fieri non debet, fed viva voce, consentu curiæ & sententia competentis judicis, ne quid pro fcriptura exceptoribus dari fits necelle. aide *l. 9. 9. 2. ff. de offi. proconf.* 61 *l. 3. supr. de decurionib.* 62 Oratio in fpecien concepta non nimis esse potest: ut eo facilius collatur fophistica interpretatio. Dec. *in l. qua dubitationem tollendo. 81. ff. de reg. jur.*

TIT. XXXIV.

QUANDO ET QUIBUS QUARTA PARS DEBETUR EX BONIS DECURIONUM, ET DE MODO DISTRIBUTIONIS EORUM.

Si extraneus succedit alicui decurioni, debet curia habere quartam. Bart.

1. Imp. THEOD. & VALENT. AA. Florentio P. P.

SI decurionum consortio fit alienus, qui curiali succesit: competentis eidem [1] juris sive ex asse, sive ex parte heres fit bonorumve possessor: partem quartam [2] jure optimo a curia peti decernimus. Dat. 5. Id. Jun. CP. FELICE & TAURO CONSS. 428.

Curiales debent habere quartam extraneo succedente curiali, non tamen de singulis rebus. Bart.

2. Iidem AA. Apollonio P. P. 3.

MEminimus, nuper emissa lege divali [3], portionem quartam de facultatibus curialium fati munus implentium, ex qualibet noviffima voluntate, vel ab intestato etiam, ad quemque (præterquam [4] si ad filios [curiales]) deferatur [5] curialium [6] deputasse corporibus: sed multi tanquam corrumpendi totius patrimonii occasione captata, uniuscujusque rei sibi particulam [8] vindicando, adeo totas dilacerant facultates, ut dum participibus relictarum opum nocere cupiunt, sua quoque jura præcipitent: Quorum nimiam licentiam provida dispositione refrenantes [9], ipsis [10] quidem curialibus occupandi sua auctoritate res mortui, copiam denegamus: heres [11] autem ad quem ab intestato, vel ex postrema voluntate directis, vel fideicommissariis verbis decurit hereditas, omne [12] patrimonium quod relictum eft, in partes quatuor dividi procuret: ut rebus totis in [13] fortium [14] casum deluctis, vel curiæ quadrantis vel heredi aut [15] fideicommissario per universitatem dodrantis electio ex fortis felicitate [16] contingat: ita scilicet & præfati successores, & curia promiscui rerum dominii liberabuntur incommodo. *Naturale* [17] *quippe vitium est negligi quod communiter* [18] *possidetur: utque si nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur: denique stam quoque partem corrumpi patiatur, dum invidet aliena.* Sed ubi quarta pars bonorum mortui curiæ debet offerri: immobiles quidem res quæ [19] nec latere facile possunt, nec [20] cuiquam [21] (si divulgentur) officiunt, sub aspectu etiam curialium æstimari dividique concedimus: mobiles autem res, vel [22] se moventes, vel instrumenta vel si quid aliud [etiam [23]] in hujusmodi jure [24] consistat, in medium proferri divulgarique non [25] patimur: sed juratis [26] successoribus, cum apud se diligenter æstimaverint, quæ quantique sint pretii facultates, credi oportere decernimus. *Quid* [27] *enim tam dirum tamque inhumanum est, quam publicatione pompaque rerum familiarium, & pauperiatis detegi vilitatem, & invidiæ exponere* [28] *divitias?* In exigendis vero debitis, si pretium quod pro quarta parte actionum curiæ competit, successores præstare noluerint: cautionibus juratæ [29] fide prolatis in medium, unusquisque a debitoribus convenientem sibi exigat portionem. Æque ex diverso es alienum, si cui defunctus fuerat obligatus, tam iidem successores, quam curia pro sua forte [30] restituere compellantur. Quod si sæpe dicti successores sacramentum sibi crediderint excusandum: tunc vero ad similitudinem rerum immobilium diligentior [31] curialibus omnium rerum indago præbebitur, scilicet ut universis mortui facultatibus in aperto propositis, vel æstimatio rerum, vel divisio [32] sub præsentia curialium celebretur. In omnibus autem casibus ubi quarta pars curiæ competit, transactiones interpositas firmas illibatasque manere decernimus. §. 1. Ad [33] filiorum [34] vero [curialium [35], vel nepotum, ac pronepotum, scilicet decurionum] similitudinem [36], ad quos integras opes pervenire censuimus, filiam, quinetiam neptem, proneptemve principali ejusdem civitatis unde pater, avus, vel proavus oritur, nuptam, rerum vel ab intestato, vel ex dispositione ultimæ voluntatis quæcitarum, integrum nullaque parte minutum dominium habere sancimus. Quod si post parentum obitum inveniantur innuptæ vel viduæ, in impuberibus quidem post transactam pubertatem, in aliis vero quæ pubertatem excesserint [37], vel etiam in viduis post mortem parentis triennium [38] duntaxat volumus expectari: ut interim quarta portio suspensa, aut apud eam, fi in matrimonio curialis ejusdem civitatis fuerit collocata, perpetuo jure permaneat: vel si intra id tempus [39] alienum [ab [40]

1 Eiusdem. 2 Quartam hereditatis defuncti decurionis, extraneus ejus heres curiæ præstare debet. In quibusdam locis [Germaniæ extraneis five peregrinis] vel forensibus [quicunque heredes fiunt, quartam hujusmodi præstare teneuntur. 3 Novella Theodosii quæ integra hodie extat in breviario Alarici, *tit. de bon. decur.* 4 Id eft, *l. 1. S. 6. h.* 5 Id abrogatum videtur *Novell. 38. pr. S. 2. in fin.* 6 *Defertur, in N. T. de bonis decurionum & mutuat. filiis eorum.* 7 *Curiarum, in Nov. Theod.* 8 Quarta debita curiæ ex universo fumitur, non ex singulis rebus. 9 Al. *frenamus, ut in Nov. Th. h. t.* 10 Al. *ipsius.* 11 Hic, ut etiam 7. fupius, quædam e idem Justinianus, *in Novell.* 38. Cont. 47 Adde *Novell.* 38. *cap. 3.* 48 Ad filium. 49 Sororis ejus. 50 Id eft, superioris. 51 Omninodo. 52 Legitima liberorum curialium, olim quarta bonorum omnium: reliquorum liberorum quarta legitime portionis, *ut hic.* Hodie curialibus plus debetur, quam ceteris. Curialibus dodrans omnium bonorum: ceteris triens, vel femis legitimæ partis. *Nov. de trient. & femiss.* 18 c. 2. *Nov. de decurion.* 38. c. 3. Mutatur itaque novo jure quadrans in dodrantem. 53 Hujus persone. 54 Servari. 55 Intestato. 56 Siquidem. 57 Hodie dodrans. *Nov.* 38. c. 3. 58 Vide *Nov. Theod.* fi filius, nepos, pronepos, avus, pater, proavus non curialis curiali succeffit, curiæ nihil debetur. 59 *l. 2. supr. h. t.* 60 Videtur hic deesse Græca constitutio, cujus meminit *Nov.* 18. c. 2. ut curiales filii fuis dodrantem relinquant. *Cont.*

61 Lucrativi tituli qui sint, vide *infr. h. t.* De lucrativa descriptione adde *l. 1. supr. de apochis tit.* 22. *l. ult. h. t.* 16. *C. Theod. de agentib. in reb.* Est hoc l. ex eadem Nov. Theodosii, ex qua superior. *l. 1 meminimus. supr. tit. prox. hic lege Nov. Theod. qui hodie extat.* 62 Sumpta descriptionis nomine, quæ enim facile, non occultantur, ut mobilia. 63 Siliquarum opus (quod & siliquatacum) præstatur ex singulis jugationibus, non ex capitibus vel rebus mobilibus, qua in re derogatur *l. 1. C. Theod. hoc tit.* adde *Novell.* 131. *cap. 5. in fin.* 64 Deeft ex, *in Nov. Theod.* 65 Al. *ad.* 66 Al. *refert. ut in Nov. Theod.* 67 *Adeone dia.* Al. *deeft, ex.* 68 Confanguinitas hic pro cognatione accipitur, cum tamen fraternitatem ligniffet, & in aliis locis confanguinei dicantur fratres. Confanguinei fratres ex eadem patre, germani, fratres legitimi. *l. 32. ff. de leg. 3.* Confanguinitas, fraternitas. Hic tamen generaliter pro cognatis accipit confanguinitatem, *ut l. 1. C. Theod. de legit. hered.* ut Lycophron σύμπλους & συνδρομίους. vid. Cujac. 15. *observ.* 36. 69 Vectigal ex lucro folvendum non folvitur ex hereditate patris feu patre delata. vide *l. 9. ff. pro focio.* 70 Eadem ratio de victima remissa domesticis hereditibus eft apud Plin. in *Panegy.* 71 *Ita enim in Nov. Theod.* 72 Lucrativa causa non eft, quam necessitate ab alio accipimus. *l. donari.* 29. *ff. de donat.* Quod necessaria persona necessarie patiens præstat, necessitate præstare videtur.